



**De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodiêre

Qvi ... Illas Omnes Complectitvr Historias, Qvæ Post Secvndam Sex  
Tomorvm Editionem ...

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1586**

**VD16 ZV 1269**

De Zacharia patre Iohannis Baptistæ, martyre.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77432)

# SURRIUS

9 DOR  
M. 1000  
EVIII  
5

NOVEMBRI S VI.  
224 VITA ET MORS ZACHARIAE PATRIS IO.  
HANNIS BAPTISTAE, PER D. EPIPHANIVM  
Constantie Cypri Episcopum scripta. Habetur in libro eius  
de vitis Prophetarum.

6. Nouēb.  
Zacharias  
facerdos  
occiditur.



ZACHARIA S adhuc alius fuit, cūm Propheta, tūm sacerdos, Iodas sacerdote prognatus, Ioannis Baptistæ parens, quem Herodes ille Tyrannus iuxta aram domumq; Dei occidit. Effusus que est sanguis eius in vestibulo templi Domini. Is natione Hic, rofolymanus erat de familia Dauid, officialis in domo Domini. Inter cetera, quæ vaticinatus est ille, de origine quoque & nativitate Christi nonnulla prophetauit. Eo igitur in loco prophe ta, cūm in domo, tum à templo haud procul humatus est. Ex eo sanè facta sunt in delubro illo, seu templo, & ostenta, & stupenda miracula, phantasie nempe, hoc est visiones. Ceterū sacerdotes nequibant amplius neque angelorum visa oculis usurpare, neque oracula siue responſia populo ex Dabir reddere. Neque etiam poterant in Ephod per signa & portenta respondere, quemadmodum prius solitus erant, vsque ad tempus hodiernum.

ITEM DE HOC EODEM ZACHARIA, PER D. BASILIVM  
*Episcopum. Ex homilia eiusdem de humana Christi generatione.*

**Q**uod autem Maria perpetuò Virgo remanserit, etiam Zacharia declarat historia quādam, quæ ex traditione ad nos vñq; peruenit. Zacharias enim Mariam post Domini conceptionē in virginum loco constituta, lude, is inter templū & altare interfecitus est. Apopolio nanque accusatus, quod rem prodigiosam inauditamque prædicaret, virginem videlicet parientem circa virginitatis corruptionem.

ITEM DE ZACHARIA PATRE IOHANNIS BAPTISTAE  
*ex D. Gregorio Episcopo Nisseno. Habetur in oratione eius habita in die nativitatis Domini, nuper per Petrum Franciscum Zinum Veronensem Latinè reditta.*

**N**ON erit intempestium, si incorruptæ matris testē cum, qui inter templū & altare fuit occisus, proferamus. Hic est sacerdos Zacharias, non sacerdos solitus, verum etiam prophetæ. Ac prophetæ quidem potestas in Euangelij libro declaratur, cūm viam hominibus munens diuina gratia, nè Virginis partus incredibilis putaretur, minoribus miraculis fidelium afflens sic exercuit, ut foemina sterilis, & vir iam aetate confectus, filium susciperent. Hoc mirandi virginis partus processum fuit. Etenim sicut Elizabeth, quæ sterilis ad senem. Etutem peruerenerat, non potestate naturæ sit mater, sed ei diuino consilio filius nascitur: sic quod in virgineo partu non credendum videtur, si referatur Deum, credibile est. Quoniam igitur ex virginitate prouenientem præcedit nuncius sterilis, qui ad vocem illius, quæ Dominum vtero gerebat, antequam in lucem prodiret, in aluo matris exiliuit, simul ac natus est præcursor Verbi, propheticō spiritu Zacharia silentium soluitur. Quæcumque autem differuit Zacharias prophetæ, ad futurum spectabat.

Hic igitur diuino numine ad occultorum cognitionem ductus, cūm virginitatis mysterium in partu incorrupto non ignoraret, in sacro templo virginem matrem à loco virginibus per legem assignato non semouit, ludeosque docuit naturam humanam vñ cum reliquis omnibus rerum omnium effectori & Regi ita subiectam esse, ut arbitratu suo eam ipse regeret, non autem ab ea regeretur. Itaque in manu ipsius esse, nouam ortus rationem moliri, quæ matrem esse virginem non impedit. quamobrem eam se à virginum loco non exclusisse. locus autem ille erat spatium quoddam inter templum & altare.

Cum igitur audiuerint Iudæi rerum omnium Regem in vitam humanam diuino ordine prodisse, metuentes, ne Regi subderentur, sacerdotem, qui hec de ipso partu testificabatur, ad ipsum altare sacrificantem interfecerunt.

A Iudaïs  
in templo  
interfici-  
tur.

DE